



1. Cum Joseph decepit frument. K.C. Matthi. 1, 18.  
2. De Immanueli oblatione 1, 18, 23.  
De Edes Crux 1 Joh 11, 2.  
3. De amictu baptiste. Matth 3, 4. Mr. 1, 6  
4. De uita Baptiste Mt 3, 4. Mr. 1, 6  
5. Cantus Sui morte Mt 5, 14. 88  
6. De bedroefenis circa Eleemosynas. Mt. 6, 2  
7. Prohunc morsu. Vanitas. Mt. XV, 9. 82  
8. De signis temporum offerentis Mt. 16, 1 - 4  
9. De angeli Petri & Karpi. Mt. 16, 13 - 19. Inuen.  
10. Tu es Christus filii dei. invenisti. Mt. 16, 16.  
11. De claris uici. Mt. 16, 19.  
12. De uirtute Clav. Ioh. & Cig. Mt. 16, 19  
13. De diabolis & tis solutio. Mt. 17, 24.  
14. Propter de offerentis uirina. Mt. 20, 1 - 16  
15. Vol. di congregati solentes Mt. 23, 37.  
16. chichibusti. De Recono Egypti Mt. 24, 14.  
17. De odorigo th. Mt. 24, 28  
18. Agnos sanguinis Mt. 27, 3 - 11.  
19. Tunc feratorem. Mt. 27, 6.  
20. De uite Iudei. die. d. Mt. 28, 1. Mr. 16, 2.  
21. De curae mortis & oleo Sancti. Mr. 6, 13. Ioh. V, 14.  
22. De incarnationi Mysterio. Loci. 1, 35  
23. De Maryja di preservata.  
24. De noite Iesu. Loci. 2, 21  
25. De identitate pietatis. Loci. 7, 47, 48  
26. ipso huius. Loci. 8, 13.  
27. Nicuas Sabellius. Loci. XV.  
28. De Mamona mystica. Loci. XVI, 9  
29. De Eide. Loci. 16, 9  
30. .... Loci. 16, 9.  
31. De laetitia Christi. Loci. XI, 41.  
32. Ut in gloriam ascensu. Loci. 22, 38.

26                    27

Q. B. V.

# ΠΡΟΣΚΑΙΡΟΥΣ Sive ad Tempus credentes,

*ex Luc. VIII, 13.*

PRÆSIDE

VIRO

*Magnifico, Amplissimo ac Summe-Reverendo*

**JO. FRIDERICO MAYERO,**  
S. Theol. D. & Prof. Ord. Facultatis  
Theol. Pro-Decano, Alumnorum Electo-  
rialium Ephoro & Templi OO. Sanctorum  
Præpos Substituto,

*Solenni Eruditorum Examini*

*D. XXII. April. A. O. R. M DC LXXXVI.*

subjicit

**BALTHASAR SCHROEDER,**  
Anclam. Pomeranus.

*In Auditorio Majori.*

---

*WITTEBERGÆ,*

Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.

1701.





## Jesu fortunante!

CAP. I.

S. I.

**N** Erba, in quæ præsenti Dissertatione commentabimur, apud Lucam habes c. VIII. v. 13. οἱ δὲ στήν τῆς πέτρας, οἱ ὅτεν αἰρόσθωσι, μετά χαρές δέχονται τὸν λόγον: καὶ ὅτοι μίζαν σύκη ἔχοντι, οἱ πέπτε καρέν πένενθον καὶ σε περασμῷ ἀφίενται. Quia

Erasmus Rotterodamus in Latinum idioma ita vertit:

Nam qui super petram, ii sunt, qui quum audiérint, cum gaudio suscipiunt sermonem & hi radices non habent, qui ad tempus credunt & in tempore temptationis recedunt.

Subjectum Dissertationis nostra sunt οἱ πέπτε καρέν πένενθον, cuius explicationi hoc caput destinavimus.

S. II. Occurrit primum omnium particula πέπτε, quæ præpositionibus, ceu Grammaticis illiusmodi vocantur, annumerari solet, & diversis juncta casibus diversum quoque significatum. Modo namque adscicit Accusativum, modo Genitivum regit, modo Dativum am-

A 2

plecti-

2. 30

plectitur, in quibus etiam notionem mutat & interdum ad significat, interdum pro rata adversus sumitur &c. quæ hic non coacervamus, sed ex Lexicographis haurienda ducimus.

§. III. Ceterum & attendenda nobis erit altera vox, nasejs: ubi non omissandam censemus, quam faciunt Philologi, differentiam inter καιρος & χρόνος: qua χρόνος μηνικός ὁρισται, καιρός ἐνυπερβαίνει. i.e. χρόνος est spatiū temporis, καιρός est opportunitas; quemadmodum Severianus loquitur apud Job. Caspar. Suicer. in thesaur. Ecclesiastico, opere plusquam 20. annorum spatio collecto, cui ipse author id testatur in præfat. ad lectorem, sub V. χρόνος pag. 1561. b. Huc faciunt, quæ idem Suicenus l.cit. ex aliis quoque Scriptoribus allegavit. Sic autem pergit, Casarius quest. XXXV. p. 66. ἔτεσον μὲν χρόνος, ἔτερον δὲ καιρός. τὸ μὲν γάρ μήκος οὐ πάλικε σημαντικόν, τὸ δὲ ἐνυπερβαῖνει. Φανέτ. 25. οὐ πάντα αἴτια νοῦ τενυπτά, αἱλά καιρός, εὖδὲ χρόνος γηγενὴ γενάντιν, αἱλά καιρός. aliud quid χρόνος, aliud vero καιρός. Illud namque spatiū, hoc vero opportunitatem denotat. Non enim dicimus χρόνος instat messis vel vendemis, sed καιρός, neque dicimus καιρός est ducenti puellam. sed καιρός Olympiodorus ad vers. 1. cap. III. Ecclesiastæ pag. 617. χρόνος μὲν δέ τι οὐδέπουα, καθ' ὃ περιήραι π. καιρός δέ, οὐ διπλίκος τοις ἐργασίαις χρόνος, ὅτε οὐ μὲν χρόνος νοῦ καιρός εἰναι δινατός. οὐ δέ καιρός οὐ χρόνος, αἱλά ἐνυπερβαῖον πετατούμενος οὐ χρόνος γνωσθει. Χρόνος quidem est spatiū illud, in quo sit aliquid: καιρός verò est opportunum tempus aliquid faciendi. Potest itaque χρόνος quidem etiam καιρός esse, καιρός verò non est χρόνος, sed opportunitas temporis in rebus peragendis, quæ sit in tempore. Quæ ipsa vocum harum distinctio in sacris non plane videtur prætermissa: ipse

483. 10

ipse namque divus gentium Præco Paulus Tit. 1.3. Deum dicit manifestasse hominibus opera prædicationis mysteria sacratissima & sermonem coelestem idios καρεγις i. e. illis ipsis temporibus, quæ sibi videbantur aptissima, & divina sapientia potissimum congruebant. In quam sententiam idem ille Doctor alibi quoq; scribit, & tempus Novi Testamenti, quo omnis donorum divinorum gratiaq; sacri Flaminis copia fidelibus concessa est, vocat II. Cor. VI.2. καρεγιδεντις, καρεγι δυφεροδεκτης, quorum solidiorem explicacionem suppeditat de veterioribus Oecumenius ad citat, locum Pauli p. 529. Καὶ πῶθεν ἡ εὐτερόδεκτης καρεγιδεντις οὐκ ἡ μητέρα τῆς σωτηρίας: η τῆς ὀμετά, η τῆς χάριτος. Οὐ γὰρ Φίλον ὑπάρχων καρεγις, ἐν ᾧ αὐτομάτων μὲν ἀφεντικεῖται, η δὲ δικαιοσύνη δημοσία διδοται. Et quodnam est tempus acceptum, & dies salutis? dies doni & gratiae. Tempus præsens, inquit, in quo peccatori utn quidem proposita est remissio, justitia verò ex gratia confertur.

S. IV. Addendum quoque erit vocabulum ultimum inſervi, quod plerisque notionum interpretibus credere notat, ita tamen ut certam fiduciam aut confidentiam inferat, quod conferenti sacros fontes cuiilibet evadet satis manifestum. ἐπέσευστον Αβραμὸν τῷ Γεῳ i. e. credidit Abraham Deo; ubi Johannes Drusius, Professor olim S. litterarum Franeckeranus, non male ellipsis statuit particula ē, ut Apostolus in Deum credidisse Abrahamum doceat, quod ipsi demum tantos fructus attulit & in justitiam est reputatum. Alioquin & Daemonia credere Deo dicuntur, quod ille unus sit, sapiens, omnipotens, misericors Jac. II. 19, sed fide ista nil proficiunt, potius contremiscunt, & vinculis nunquam interrumpendis manent divino iustu impedita

A 3

in

in tartareis sedibus. Sic crediderunt quoque homines V.  
foederis plus vice simplici angelorum apparitionibus & re-  
velationibus, quid autem inde commodi ad istos redundar-  
vit? potius ultorem atque vindicem acerrimum experti  
essent Deum, si credere angelis & in angelos eadem censu-  
sent; cum hanc potissimum gloriam sibi uni reservare  
voluit Et. XLII. 8. & mala ipsi eventura minetur, qui in  
homine fiduciam ponat, aur ulli creaturæ confidat. Quam  
phrasium distinctionem, etiam si notionem spectas, credere  
Deo, & in Deum more suo, id est, solide ad nostram explicat  
astructam modo sententiam B. Danbavv. in P. IV. Cate-  
chismus Milch p. 150.

Credo Deo. Ich glaube demselbigen Gott/ das  
ist/ ich gebe seinen Werten Beyfall. Ich bins gewiß/  
dass es wahr sey/ was Gott dräuet/ sagt und zusagt/  
denn er ist ein wahrhaftiger Gott/ der nicht lügen  
kan. Trau ich einem redlichen Biedermann/ warum  
nicht vielmehr Gott im Himmel? ein Kind glaubt  
seinen Eltern/ wann sie ihm auch die aller wunder-  
bahrlichsten/ unerhörtesten/ unglaublichesten/ unge-  
reimtesten Dinge fürsagen / warumb sollte ich denn  
auch Gott nicht glauben? ist aber noch nicht gnug/  
denn auf solche Weise glauben die Teuffel all --- solchen  
Glauben hatte auch der verzweifelnde Spira, darum  
folget ferner:

Credo in Deum. Ich glaube an oder in Gott  
wie dort die Niniviter/ von welchen geschrieben steht:  
die Leute zu Ninive glaubten an Gott/ und die Jüng-  
ger Christi/ zu welchen unser Heyland spricht: glau-  
bet ihr an Gott/ so glaubet ihr auch an mich: heist  
derz-

- 86 f. -

derowegen/ ich glaube an oder in Gott/ eben so viel/ als/ ich verlaß mich auf Gott/ als auf eine sichere Freyheit und Grund-Fest/ auf das endliche Ziel meines Glaubens/ ich bau ein Schloß auf ihn/ ich bestehe dar-auf ohne Wanken/ ich vertrau seinem Wort/Befehl und Verheißung/ auf welche Art und Weise auf keine Creatur zu bauen ist. --- Darumb wir auch nicht sagen: ich glaube an eine Christliche Kirche/ denn das Wort in/ **δ** steht Gott alleine zu/ ob wohl ein einziger Einwurf kan gebracht werden aus dem alten Ze-stament/ da gelesen wird: Das Volk fürchte den Herrn/ und glaubte ihm und seinem Knecht Mose; So ist's doch ein einziger Ort/ und das **δ** durch **τ** zu erklären: nach der LXX. Griechischen von Sanct Johanne in diesem Stück bewährten und angenomme-nen Dolmetschung, &c.

§. V. At illos ipsos, quos divus Lucas per aliquot vocabula denominaverat, uno recenset Matthæus c. XIII. v. 21. & πεπονιαὶς, dicit; quod compositum est ex parti-cula πέδη & ναυγῆς. Ceterum hic induit adverbii naturam particula πέδη & juncta substantivo ναυγῆς in adjективum transmutatur. Sic autem affecta & nulli circumstantia-rum considerationi alligata notat quodvis instabile, cadu-cum ac fluxum, & opponitur firmo; e.g. 2. Cor. IV. v. 18. per πεπονιαὶς intelliguntur, qua in mundo sunt & oculis conspiciuntur nostris; aliquando peritura, adeoque oppo-nuntur αἰσχροῖς, qua fide assequi oportet homines, æternum duraturis. Heb. XI. 25. ἀπόλωνος αἴωνις πεπονιαὶς. dicitur fruitio peccati temporalis i.e. non sibi constans & transitoria.

§. VI.

§. VI. Quinam ergo illi πεόπανει in verbis Matthei & Chrysostomus definit apud Heins. in Aristacho p.869. τὸ τὰ σημεῖα ἐΦέλκετο ὡς αἱ προφητίαι ὡς αἱ διδασκαλίαι quoscumque miracula attraxerant non Prophetiae aut Doctrinae. Sive ut B. Danbavverius P.I. Hodom, Calvin, Spiritus p.624. verbis diserti simus, qui ita istos nobis exhibet. Similes solo peccato, inquit, qui verbum quidem accipiunt, Evangelium laudant, dum nibil affectibus illorum gravius predicasur, sed obiter tantum ostentationis gratia. Sed sicut semen inter medios lapides enatum profundiore radice desicutum solis astu aduritur, & in ipsa herba extinguitur, non astu solari vitio, qui prodest semini ad maturitatem, sed radicis desecetu, bi sunt πεόπανει. Cui magnus noster Chemnitius, quem ipsi quoque Pontificii suspiciunt, eeu patet ex colloquio ciusdam Cardinalis cum Brunsuicensium Principum Legato Tridenti habito, jam dudum praeiverat Tom. I. Harmon. p.649. Sunt bi illi, qui verbum non tantum audiunt, sed & illud suscipiunt, idque non simpliciter, sed cum gaudio: dum scilicet aliorum superstitiones & impietas, non autem scipios taxari audiunt. Dum ergo nibil ipsorum affectibus convararium assertur, verbum predican, Evangelium commendante, deside loquuntur & splendide fructum pollicentur.

§. VII. Neopaganis itaque fides non est hypocritica, ut Calviniani volunt, quo fucum atque veritatis faciem, doctrinæ de decreto illo absolute toties prostratae expugnataeque obtendant: quamquam analogice, siue finem spectes, ad istam referri posse nos non negemus, sed vera, gratia Dei & merito Christi confidens. Illa namque fides hujus loci est, qua homo sparsum semen insigni cum gaudio recipit. Bene Gregorius homil. 15. in Evangel. apud Cornel.

407.

Cornel. a Lapide in comment. in Matthiump. 279. Petrosa terra non habuit humorem; quia hoc, quod germinaverat, ad fructum perseverantem perduxit. Multinamque cum verbum contra avaritiam audirent, eandem avaricem detestabantur, verum omnium concordem laudant: sed mox, ut viderit animus, quod concupiscit, obliviscitur, quod laudabat. Multum verbum contra luxuriam audirent, pollutiones carnis non solum perpetrare non appetunt, sed etiam ob perpetratas erubescunt: sed mox ut carnis species eorum oculis apparet, sic mens ad desideriarapitur, ac si adhuc ab eo nibil sit contra hoc eadem desideria deliberatum: Et damnanda agit, que quicquid egisse se meminit iam. Et ipsa damnavit. Seperetiam contra culpas compungimus. Et tamen post fluctum ad easdem culpas redimus. Rem autem totam B. Balthasar Meisnerus Anthropol. Dec. II. Dilp. XIX. p. m. 308. conficit; Hic sermo est, (posteaquam præmisisset verba ex Luc. VIII. v. 13, de quibus nos h. i. agimus) non de fide ficta, sed vera, quoniam dicitur 1. ipsos verbum suscipere cum gaudio 2. ad tempus credere 3. tentari vel probari. Nemo autem a Deo tentatur nisi fidelis 4. Recedere, si autem vera fides nunquam prediti fuissent, vere non recederent. Proinde frivola est exceptio Polani, qui per rā credere intelligit non fidem salvi fidem, sed duntaxat historicam seu simplicem assensum. Etenim versu præced. 12. satis apparet, quo sensu rā credere hic sumatur, quando dicitur: quis fecit diam, his sunt qui audiunt, deinde venit diabolus ac tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant. hic certe sermo est de fide salvifica, qua nemp̄ quis salvus fit. Eodem autem sensu accipitur versu sequenti. Confert enim eos, qui fecerūt diam, cum illis, qui super peccato suos Et eos non credere, bōs autem

B

ad

ad tempus credere adfirmat. Quia igitur fide illi non credere, eadem bi ad tempus credere dicuntur; si comparatio legitima esse debeat. Est illi dicuntur non credere fide salvifica. Ergo bi dicentur credere fide salvifica. Et si de historicā tantum nige loqueretur Servator, annon & de iis, qui secū viam, & qui inter spinas consistunt, dici posset, quod crederent; quos tamen Christus credere negat? loquitur enim de iis, qui sunt in Ecclesia, omnia autem Ecclesie membrabistoricā ut habeant fidem necesse est, quamvis non salvificam. Nam qui ne quidem bistoricum præbet verbo Dei affensum, is plane & dīc̄, ut pro membro Ecclesia visibilis babendus est.

§. VIII. His nondum acquiescit Daniel Chamierus suis tota Davidicorum procerum cohors, totum Davidicā turris armamentarium, totus exercitus Israe lis ex Josephi Halli Oxoniensium Episcopi ap. Andr. Rivet. in epist. Apologet. ad Guilielm. Fratrem ad criminat. Moses Amyraldi p. 109, sed credere neorūaq̄ dici afferit, non quod revera credant, sed ita videantur; omnes, inquit, dicuntur recipere, qui externe profidentur. At non omnes qui profidentur, etiam vere eredunt, sed videntur alii, interdum etiam sibi; sed Deo non videntur &c. in Panstrat. Cathol. L. XIII, c. XXI, n. VIII. Cui autem textus refragatur & referenda quoque verba, huc sunt, quæ ex Meisnero jam citavimus, non conservari comparationis leges, si interpretationem vel detorsionem Chamieri sequaris, V. 12. Diabolus verbum rapere dicitur illis, qui ad viam seminati, ne credentes salventur; quod non de fide historicā intelligendum, cum & ipsi Dæmones eadem semper sint instructi, nec salventur. Quid quod fructus edidisse recenseantur. Accipe in hanc sententiam

Feur-

9. 34

Feurborn. dissertat. de peccato in Spiritum Sanctum, quæ reliquis juncta dissertationem fasciculis, verba p. 1880. Hi auditores (æcœnægj) salvificam habuerunt fidem; quia cum gaudiis suscepserunt sermonem Dei v. 13. que phrasis, in cunctis a sua plenitudine & coherentia summa, est descriptio fidei justificantis & salvantis, ut constat ex inductione Locomorum S. Scriptura, sicut antebac probavi adversus D. Eginum in Necessaria response ad ipsius assertionem de peccato in Spir. S. Disput. I. §. 33. ubi vide. Quid? in his auditoribus semen verbi divini fuit exortum & enatum Matth. 13. vers. 5. Marc. 4. v. 5. & Luc. 8. 6. Ergo in illis fructum produxerat. Quem? Fidem. Justificantem ne aliquam? certe justificantem, que includit trégyeniam illam peculiarem, nempe certam verbi divini in corda susceptionem, sicut enim non recipere verbum Dei est actus animi damnantis; ita recipere cum latitiae est actus fidei salvantis.

§. IX. Quis ergo neget ratiōne mētūas egrī mētūorūas non veram habere fidem, quam ipse sacer codex ipsis tribuit. Neque vero aliquid detrahitur isti, si essentiam species, quod non adeo constans sibi & perpetua quasi sit; cum & puer modo genitus dicendus sit homo, si vel maxime illico post partum expirare ipsi contingat. Ad vere segetis essentiam non requiriatur duratio: tam vera seges est, que jam viret & postea vel nive suffocatur, vel per astum solis exarescit. Laferie depascitur, quam illa que ad messim usque durat: neque sani agricultorū ullum discrimen agnoscunt. Sed talis est fides temporaria secundum descriptionem hujus parabole. E. in fidei vera est, etiam si tandem deficiat. ceu optime colligit Joannes Meliführerus monasterii Heilsbronnensis Abbas Vindic. Evangel. Dec. II. Disp. VI. p. 143.

B. 2

§. X.

§. X. Atque hujus probati satis dogmatis existit tanta veritas, ut testimonium ab adversario ejusdem sectæ Petro Bertio extorseeat, qui in Hymenæo desertore p. 59. scribere hac non erubuerit. Hi mibi videntur dicere, Bucephalum non fuisse verum equum, quia mortuus est. Ad essentiam rei non facit duratio. visus tame est is, qui unum dunt taxat annum durat, quam qui viginti. Et sive amittatur visus post annos viginti, sive post unum annum; amissio visus vobebitur cæcitas, verus enim visus amittitur. Eadem quoque fidei ratio est, que deseriri non posset, nisi haberetur, & p. 61. Temporalis non debet opponi verum, sed permanens, & vero non debet opponi temporale, sed falsum. Reclamatur erunt omnia si dixeris, fides est vel vera, vel falsa, vel ficta. Et vera est vel temporalis, vel permanens: permanens est ex gratia, temporalis ex virtute hominum, ob neglegendum scilicet & discordiam, aut curias mundi, aut alias ob causas &c.

§. XI. Quod si ejus testimonium suspectum credas, luculentius suppeditabō, quod a publicis eorum Doctoribus per litteras accepimus. Fatentur Groning. Omlandi p. 432. neccoraiæsc verum credere Evangelium Christi, illud accipere, & cum quadam suavitate ac gaudio etiam degustare, effe que in illa quandam mentis cognitionem, & voluntatis sive cordis apprehensionem apud Job. Meisner, in Exam. Catechismi Palatini pag. 808. Et si Calvinus credimus, pergit modo laudatus Meisner l. c. omnes veræ fidei proprias operationes atque fructus edunt, juxta Tilenum autem motus fidet vehementiores, quam in Electis deprehenduntur, sentiunt.

§. XII. Affirmatis itaque & positis in actu fidei effectibus, necessarium quoque erit ipsam causam, fidem affirmari

44. II. A.

mari atque ponit, quippe quæ indissolubili nexu & mutuo  
quasi vinculo conjuncta atque copulata sunt. Et nescio  
quæ ipsorum animum ceperit imprudentia, ut cum ipsis  
omnia, quæ fidei veræ sunt, tribuant, essentiam, veritatem  
atque definitionem ejusdem propter solum externum &  
eventuale accidens, perseverantiam, negent; quemad-  
modum ex Bertio citatus supra Meblfübererus noster 144.  
refert.

§. XIII. Quisnam ergo fidem veram germanam-  
que, qua beneficia Christi merito suo, vita pariter ac mor-  
tis, sive ut Theologi loqui amant, obedientia activa & pas-  
siva nobis parta amplecti licet, προναίει, jure denegave-  
rit? nisi qui præjudicio occupatus & partium abreptus stu-  
dio veritatis facem oppido lucidam non admiserit. Huic  
namque convenit cum electorum fide de objecto; in Deum  
vim illam coelestemque mehitem credit atque eo spectat,  
eundem Christum cum omni suo merito gratiaque, ani-  
mis hominum peccati mœrore atque venia confusis ac  
confusis gratiosori arque exoptatori, quam agris fitienti-  
bus ros maturinus accidat, complectitur, perinde ac semi-  
nator, dum semen sive cum petrosa sive cum fecunda-  
terra communicat, omnem seminis vim impertit; ita cum  
divini verbi semen istis temporariis dispergitur & recipi-  
tur, eadem quoque verbi vis recipitur, quam reliquis im-  
periebatur divina bonitas, fidelibus, de subjecto. uterque  
homo, & περοκαυπος & verbum sparsum ad ultima usque  
retinens pectore fideli memorique est homo perfecte rege-  
nitus. Quam inepte enim dixeris hominem ex parte tan-  
tum generari atque edi ex utero materno, in eandem in-  
curreris reprehensioni, si ex parte hominem regenerari

¶ 12. ¶

asserueris. Quicquid ex Spiritu natum est, spiritus est, Joh. III. 6. De principiis est idem seminatōr, qui idem semen utrinque spargit, utriq; spēm latræ messis capienda ferens, ut ut rem cecidisse aliter eventus doceat, non sua quidem, sed agri i. e. hominum culpa. Docet id Tarsensis Doctor Paulus Eph. IV. 4. ubi Ephesios in una spe vocatio- nis dicit vocatos. ἐν σώμα, οὐ γένετο πνεῦμα: ναθάσεις οὐκ εἰληθύτε  
εἰν αὐτῷ εἰληθύτε τοῦ πνεύματος εἰπάν. Hac paucis exprimit B. Mel- führer loco jam cit. pag. 143. quem iterum audire lubet: habuit sui ortus easdem causas cum vera fide nempe eundem seminatorem, idem semen, eandem humectantia & soventis spiritus gratiam: & non nisi ex desertione haruer causarum tandem deficit.

§. XIV. Sic satis patet, omnino fidem tenuisse, veram, quos hactenus descripsimus; quomodo alias e nobis dicerentur exiisse apostate, si nostri non fuissent? privatio certe supponit habitum. Sicut contra flagitiōsi, electi licet, eō tempore, quo flagitiis operantur non sunt membra Ecclesie, carent communione sanctorum i. Job. I. 6. 7. Sunt verba B. Danhavseri cit. loco p. 625. Ceterum hæc ipsa verba ex i. Job. II. 19, citata, quæ pro se facere putant Calvinisequz, imprimis vero Massonius, hic sthetis/ inquit, beydes mit klaren Wörten. Daz alle Gläubige beständiglich wahre Glieder der Kirchen und dorohalben auch im Glauben bleiben: und hingegen/daz die Abtrünnigen niemahls wahre Glieder der Kirchen/ sondern Heudhaler gewesen/sie haben für einen glatten Schein gehabt/ wie sie immer wessen/ apud Darbapp, l. c. p. 2079, idem p. 3000, vindicat.

§. XV.

§. XV. Quæ oppido evidenter probant, minus re-  
cte illos ~~negotia~~<sup>negotiis</sup> dico, qui leviori cum malo conflicitari  
& quacunque impulsu & gritudine fluctuant insignem se-  
sumturos vindictam existimantes, si religionem mutent &  
ab altera impura ad alteram minus integrum abeant. Supra  
satis demonstratum credo, quod & ~~negotia~~<sup>negotiis</sup> fide vera &  
salvifica instructi sunt; quam cum illi non habeant dogma-  
tibus impurioribus vacantes, neque illa excidentes eorum  
nomen promerentur. Quapropter facile colligimus, non  
illo venire nomine *Marcum Antonium de Dominis*, socium  
olim eorum, qui a Jesu nomen præ se ferunt, Rhetorices  
& disciplinarum Mathematicarum diversis in locis Do-  
ctorum, tandem Episcopum Segniensem & Archiepisco-  
pum Spalatensem, Dalmatiae primatem, ipsis frustra indi-  
gnantibus, quod sibi amplius non esset profuturus, ut  
hic de causa eundem suorum numero exemerint. Ceu ex  
Bibliotheca *Philippi Alegambe* pater, in quo hunc non  
offenderis. In isto constitutus dignitatis culmine noctur-  
na diurnaque manu Patres Veteriores Ecclesie Docto-  
res versbat & præsentis cum prisca illa nullam deprehen-  
debat conjunctionem neque morum neque dogmatum:  
qua stimulos expertus conscientia ad Calvini Synagogam  
abiit, in Angliam profectus. Facta ipsi interea impuni-  
taris spe a Pontifice Maximo Romanam remigravit ann. 1622,  
ad suos Papistas relapsus, post palinodiam tamquam hereticum  
illam in carcere arcis Angelica ejurat am, obitamque in illo  
mortem Rome in campo Flora exsusus fuit. Uti ultimam  
eiusdem *Augustus Varenius* in Breviario Theologico p. 787.  
describit. *Grammondus* Præses Tholosanus eadem fere l. 3.  
Histor. Gallican. p. 196, habet; quibus addas *Gibert. Viet.*

P. III. Disputat. select. p. 781. Ut autem abitum honestissimum parare videretur, exspectatum sibi & desideratum, praesidium minime inventum prætendebat, nullam quoque justitiae & lenitatis fratribus in Christo ac amicis dignæ in Dordracena Synodo contra eos, qui Jacobi Arminii partes tuebantur Arminianique hinc & Remonstrantes patriter audiebant, habitam in epistola ad Josephum Hallum, Episcopum Oxoniensem missa querebatur, quam in compendium missam habes T. III. Ephemerid. p. 84. Eteam quod in istam coacti patres parvum studiosi fuerint Ludovicus Molineus, Laurentius Womachius, hic in Academia Cantabrigensi, iste vero in Oxoniensi professor scriptis peculiariis, ut ut ipsi de Calvinigrege, probarunt. Ostenderunt idem, qui eidem interfuerunt, Hales nominatum & Wales. Balcanqual in variis litteris ad suos remissis; quas Remonstrantium litteris adjunctas & simul editas habes: seorsim vero Germanice easdem vulgavit Hartnacius. Quis ergo credat Jacobo Capello P. I. disputat. Sedanensi. p. 986. glorianti, nullam Synodus post Apostolorum tempora meliorem extitisse. Hæc inique acta nondum satis firmatum in eisdem sacris animum facile absterruerunt, ut redditum ad suos meditaretur. Sed quacunque impulsus causa & qualibuscunque promissis invitatus Marcus noster, ut ad Calviniana castra transierit, vel ad suos redicerit, non in ~~ne~~ censem venit, cum utraq; Ecclesia, unde & ad quam lapsus fuerit, minime cum orthodoxis nobis consentiat, sed oppido discordet non in quibusdam rerum circumstantiis & sacris magnopere adeo non suspiciendis, sed & fundimentis, quibus sublati aut eversi, tota ædificii molles rueret: quod adversus intempestivos pacis inœundæ

præ-

464f. 30

præcones, nostri satis accurate ostenderunt, Proinde illi  
demum nominantur πρόσωπα, qui a religione Lutherana,  
id est, orthodoxa (nam orthodoxum ac Lutheranum ut  
Synonyma recurrere satis clarum est, scriptura fidei ac cre-  
dendorum norma accuratissima præente) vel ad Papas  
vel Calvinii coetus vel Socini gregem & alia hæreticorum  
agmina delapsi sunt degeneres, ac fontes vivos perennes  
que deferendo foderunt sibi נָשְׁרָה בַּאֲרוֹת נִשְׁבָּרוּ אֲשֶׁר  
לֹא יָכַל הַסִּפְרָה puteos rimarum plenos, aquarum non  
capaces; quorum cum multi libri pleni ferme sint, & multa  
ad sit exemplorum copia, pauca quædam prælibabimus,  
qua servandi autem ordinis gratia ad caput reservabimus  
tertium.

## CAP. II.

### S. I.

Descriptis hactenus, quantum quidem licuit, προτκλεψεις  
quiam isto veniant nomine; dispiciendum nunc no-  
bis erit, unde hæc non firma sit felicitas; & quænam ho-  
mines cause ad προτκλεψεις moveant. Inspicienti Sacros  
fontes occurrit vox περιφρεσμα, qua temptationem infert, qua  
pressi homines recedere dicuntur.

S. II. Est autem περιφρεσμα tentatio, in genere, qua  
quis explorat vires suas, aptusne sit ad obeundum illud  
munus & qualis sit in eo futurus, experitur. Estque ejus  
significatio indifferens, ut sicut ejus radix tentare vel in  
bonam vel in malam accipiat partem ratione & respe-  
ctu illorum, qui temptationis duces authoresque existunt.  
Tentat D E U S optimus Maximus fideles suos premendo  
variis calamitatum generibus, illosque patriæ instar casti-

C

gando,

16. 50

gando, ut fidem illorum sibi quidem cognitam, aliis autem itidem intelligendam atque imitandam probet atque adversarium in ruborem det.

§. III. Oppido in rem facit, quæ Clemens Alexandrinus, magnum illud Ecclesiæ lumen Alexandrinæ atque columnen commentatur Stromat IV. p. 513. ad Hebr. XI. 37. quæ varias istas exprimit afflictiones, quibus martyres vexati sunt. ὁ Γαλὴνος ἐπίτροπος αὐτὸς ταῦτην, εἰς δοκιμιον καὶ δυσῳδίας τὸ πειράζουσαν, εἴπων αὐτὸς τειχαράθηναι. καὶ εἰρεῖ αὐτὸς ἀξιος εἰναὶ σωτῆρις καὶ θηρίῳ, ὅπου νοοῖ. οἱ γένουντες χωρεύειν τηρεῖσθαι εἰδοντας αὐτὸς. Deus tentavit eos, hoc est, adeo eorum probationem, ut pudore afficiatur tentator, sisit eos tentari. Et invenit eos se dignos, ut scilicet vocentur filii tanquam aurum in fornace probavit eos.

§. IV. Atque hec tentatio est probans fidem, qua & Deus dignatur tentare; tentatione autem peccatum, adducente DEUS nevinem tentat. Sunt verba Magni Hippomeni Præfusilis & Augustissimi Ecclesiæ Doctoris Augustini sermon. XI. de Verbis Domini; quæ potissimum tentatio premebat Abrahamum; tentavit Deus Abramam & immolare justi filium Gen. 22, 1. Facilem & promptum autem ad hoc mandatum exequendum cum deprehendisset DEUS, filium conservatum integrum dimisit; & sacrificium esse voluit loco filii arrietem. In quibus fidei explorationibus Calvinus grec se deprehendisse existimat, quod non, ceu dicunt, pueri in faba; sed firmum certe & stabile præsidium ad sufficiendum de varia Dei voluntate, quasi aliud animo velit, aliud ore destinet, dogma. Ceterum inanis gloria ducuntur gaudio & omni excidunt spe. Non aliud ergo jussit voluntate signi, quam vo-

vo-

Iuerat voluntate beneplaciti; jussit ut immolaret filium.  
 id de mactatione inchoata (nam & hæc Spiritui Sancto  
 mactationis nomine venit) an consummata intelligendum  
 esset, non addidit Deus, quod tentaret Abrahamum; sine  
 dñngere itaque Abrahamo mandatis Dei obedire conve-  
 niebat, ut ipso facto addisceret, num de consummata an-  
 inchoata mactatione intellectum Deus veller mandatum  
 suum, conf. Magni Schmidii comment. in epistol. ad Hebr.  
 pag. 1129.

S. V. Tentabat itaque divinum Numen Abra-  
 ham probanda fidei causa; ob eandem rationem etiam-  
 num Deus fidèles tentat: quod multis oppido difficile  
 videtur, cum ingenio humano imprimis aptum justumque  
 censeatur, eos omni rerum ac felicitatis copia affluere  
 debere, quibus DEO adhærescere curæ cordique sit; pre-  
 mi autem, ino opprimi fortunæ adversitatibus, qui eidem  
 adverlati vitam omnibus coinqvinent vitiorum lordinibus.  
 Verum enim vero aliam hic esse Numinis, quam homi-  
 num mentem memineris; quam cum eleganter satis ex-  
 primit Chrysostom, homil. 13. in Matth. non possum ejusdem  
 commentarym prætermittere. οὐ τὸν γὰρ θεόν πάντας  
 καλύει τὸν παρερθήσαο θεόν; πάνταν μὲν, ἵνα μάθης, ὅπ  
 πολὺ γένονται ιχύτες. Propterea Deus ingruentes non  
 cohabet tentationes, primum quidem, ut discas, te longe  
 fortiorē factū esse. Secunda ἵνα μέντος μετεγίαζον, καὶ  
 μῆδε τῷ μεγέθει τῶν δωρεῶν ἀπαρέητο, τῶν πειρωτῶν συστέλλειν  
 οὐ δυναμένων. ut intra modestia cancellos te contineas, neque  
 donorum magnitudine effearias, quia tentationes te depri-  
 mere possunt. Tertia, ἵνα οὐ πονηρὸς δαιμων ἐκεῖνος οὐ τέλος αμ-  
 φιβάλλων τὸν οὐκέπασσαν, οὐδὲ τῆς θαύματος τῶν πειρω-

μῶν πληροφορηθῆ, ἐν τίλεον αὐτοι καταλιπών ἀπίστης. Ήταν  
malus ille Daemon, qui de tua abduc a se discessione du-  
bitat, ex ipsa tentationum tolerantia discessat, quod ab illo  
prorsus discesseris. Qu. Ιναίζεται Θεός σύνει κατά τούς ευτο-  
νώπεις ταῦτη κατασκευαδῆς. ut fortior Εομνισθεοντα  
Valen-  
tior hac ratione reddaris. Quinta ίνα αποδεῖξιν λαβήσις στοφῆ  
τῶν πτερύγων τοι θεωρεῖσθαι. οὐδὲ γέγοντα εἰπεῖσθαι οὐδεπολ, οὐ  
εἰ μή σε εἰ μείζον γενόμενον εἶδε ποτε. ut manifestum capias  
documentum thesaurorum tibi creditorum: neque enim  
diabolus te aggredieretur, nisi in majorite constitutum con-  
spiceret honore, apud Clarissim, Ritterbus. Lect. Sacra.  
Lib. VI. cap. XV.

§. V. Sic ergo Deus fidelium vires tentat, ut ad bo-  
num ista exploratio vergat; nequaquam vero eo pertinet,  
ut ad malum ista impellantur homines. Non ullis poterit  
argumentis a blasphemiarē reatu vindicari illud dogma, quo  
Deus ad malum homines tentare afferatur; non etenim  
delectatur iniquitatibus hominum פְּנַיִם עַשְׂרֵה לְאַלְפַּיִם  
Pl. V. 5. ἀπέργεις κανῶν Jac. I. 13. quod ex ratione utrum mul-  
tum depravata quidem fatis innotescit. In hanc ergo sen-  
tentiam Platoni hæc fluxerunt L. 2. Politicor, circa finem:  
κακῶν δε αὐτοι Θάνατος θεὸν πνοιαθαι: σύγαθεν ὅνται διαμιχθ-  
τὸν παντὶ τρόπῳ, μῆτε τινα τεῦχα λέγειν, εἰ τῇ αὐτῇ πόλει, εἰ οὐλ-  
λει ἐνομίσεισθαι μῆτε τίνα αἴκεν, μῆτε περιθύτεροι μῆτε εἰ  
μέτρω, μῆτε ἄλλου μέτρου μεθολογεῖσθαι εἰδοῖς εἰ λεγόμενα  
εἰ λέγοισθε, οὐδὲ ξύμΦορη ἡμῖν, ξύμΦορα αὐτῷ ἀντίς h. e-  
pugnandum omni modo, ne quis dicat in sua civitate, que  
secundum leges administranda est DEUM alieni causam  
fieri malorum, imo ne quis audiatur talia vel Juvenem vel  
senem, vel cum metro vel sine metro fabulantem tan-  
quam

28. 19. 340

quam ea neque sint sancta, si dicantur, neque utilia nobis  
neque consona sibi met ipsi. Nihilominus hoc dogma est  
Reformati; qui utut hodie id obstinate negent & cautiis  
mercari videantur nostrates ad judicium Dei justissimum  
vocantes, quibus hanc sibi injuriam fieri clamitant; quod  
pluribus agit Gisbertus Voetius T. 1. Disputat. Select. in  
Dissertat. De methodo respondendi ad calumnias, an DELUS  
sit Author peccati, nihil tamen proficiunt, latenter sub  
pectore vulpem gerentes, mentemque Calvinii retinent, &  
Lingua Lutheri praeserunt; cea peculiari commenta-  
rio illorum fraudes B. Menzerus exposuit, cui tit. Lingua  
Lutheri, mens Calvinii.

§. VI. Nobis ergo cum Deus dicitur περιζων, pra-  
eunte Scriptura explorat fidem, quam aliis probet ac ad-  
versarium confundat, qui pios Deo deditos vivere non ex  
amore, sed beneficiorum potiusdorum expectatione pro-  
fitetur Job. I. v.9. seqq. aliter diabolus, qui iridem homines  
explorat, sed ad malum; cuius ipse primus fons & author;  
hinc περιζων dicitur Matth. IV. 5. hinc optimus quoque  
ingeniorum atque animorum explorator & spectator;  
quorum quo ferantur inclinati appetitus, illis adjuvandis  
nunquam non adest, hominesque variis tentando illecebris  
decipit atque implicat. Vias autem variat; quibus hunc  
vel illum prosternat atque implicer. Ipse cum sit scelerum  
mille artifex, optime intelligit, non una semper ratio-  
ne procedendum esse, ne artes jam cognitas facile declin-  
ent.

§. VII. Quapropter pio sepe ac religioso habitu  
ornatus, specie in oculos oppido incurrente, incessit &  
Christum mentitus Servatorem monachis aliquoties se  
obtu-

obtulit, ceu *Vite Patrum* id testantur, adorandum; quod sane pia exhortescit mens; nihilominus eidem sceleri defensionem parant Paparum plurimi. *Gabriel Vasuetius* magnum illud ætatis suæ inter suos prodigium & Scholasticon facile princeps Lib. III. de adorat. Disp. I. c. V. adeo insanit, ut defendere conetur: *peccatum non esse, si quis imaginem, sub qua diabolus delitescit, laetice adoret.* fol. 49. seqq. Et vix vero dubitandum erit ejusmodi aut simili instructum persona visum aliis, cum se transformare calleat in angelum lucis 1. Cor. II. 14.

§. VIII. Quodsi hac non amplius succederet, alia aggrediendum via ratus objecta movit sensibus externis; quæ appetendo a persequendo bono, quod labore assequi conabantur industrio, homines dimoverentur. Illapsus autem sensibus internis non quidem quoad substantiam, sed suggestiones easque etiam immediatas varia injectit. Non diabolus, inquit *Jobannes Adamus Osiander* Tübingen-sium utriusque cathedræ Doctor incomparabilis Theol. Casuallis p. 154. 9. ut observat quoque *Thomas Godwin*, directe agere in animum hominis potest, vel hunc proprie subintrare, sed cognoscens singulares animorum inclinationes & affectiones, ex effectis & continuo actionibus, illis ubique somitem & materiam subministrare, & speciebus variis turbarephantiam & talibus suppeditatis objectis detinere mente atque ab blandiri potest, fores animi non effringendo, sed depreben-dendo apertas & securam dominum Matb. 12. 43. Quia tamen non eos sunt torquenda, quasi injectionem immediatam cogitationum in mente negaremus, statueremus tantum mediate per injectionem, concitationem, perturbationemphantasmatum,

rum, & consequenter phantasia delusionem, fierit tentationes, quod posterius statuere videntur plerique Scholastici. Contra quos, nominatum Martinum Bresserum & Calvinianos quosdam Perkinsum aliosque eitar. modo autor pugnat ac firmis admodum rationibus suggestionem diaboli in corda hominum immediatam defendit I. quod plerumque sint de rebus spiritualibus, quæ in intellectum non cadant, II. quod cum dormientibus, vigilantibus & in ecclasiis diabolicae raptes communicet, alibi gestæ, lignota e.g. linguas, artes, quæ mente humana, non phantasia percipientur. III. Intellectui nimium subtile discursus iniciat aut proponat, qui non sint objectum phantasie. IV. Scriptura quoque locutionibus tribuauerit diabolo immisso in cor, excoecatio mentis, cribratio fidei in corde &c. Joh. 13. 2. 2. Cor. 4. 4. Luc. 22. 3. Durum ergo nimis videri omnes illas de phantasia brutis cum homine communis expouere.

S. VIII. Neque vero ullam occasionem prætermitit, quam videndo fini aptissimam omnino censet; quapropter vices & rerum tempora pendit; potissimum 1. quando afflictio diu durat & liberatio differtur 2. quando videtur nimium singularis & insolita calamitas 3. quando sub pretextu magni boni suggerit aliquod suscipiendum, quod vel cum periculo conjunctum, vel supra vires & vocationem nostram est. 4. quando sub pretextu virtutum vicia palliat; ut sub pretextu providentis avaritiam, sub pretextu justitiae crudelitatem; superbia pingitur sub nomine celsitudinis animi, ignorantia simplicitatis nomine venditatur; profusio liberalitatis speciem assumit. 5. pace, quiete, tranquillitate abutitur ad securitatem instillandam. quemadmodum ele-

gan-

ganter graphicque pariter fraudes ac astutias diaboli re-  
censet & describit B. noster Chemnitius P. l. Harmon. Evan-  
gel. p. 486.

§. IX. Cum itaque premuntur homines calamita-  
tibus; & ingruunt vexationes christiani nominis crude-  
lissimæ, innumerabilem hominum multitudinem tentavit  
ac decepit eos terrendo suppliciorum immanitatem; quam  
cum homo sibi relicta inuenetur, dubitare primum de  
divina veritate, aut nimio istorum metu fidem plene ex-  
tinguere. Videbant namque quod Christiani fidei Christo  
date oppido tenaces ad mortem raperentur, tradendi quæ-  
stissimis cruciatibus; quippe eorum aliqui submergeban-  
tur, manibus pedibusque constrictis & vincitis, lapidibus-  
que nunc supra nunc infra alligatis in mare aut aumen  
præcipitabantur; quod πονημόν cognominabant.  
Quibus cum benignius videbatur actum; gravioribus longe  
vero tormentis subiciebantur, qui imperio jussuque  
magistratum in foecas igne ardentes desilire spiritumque  
ibid. reddere cogebantur. Hinc Poeta satis elegans &  
Christianus eleganter miseram hanc Christianorum sor-  
tem expressit:

*Apposcam memorant aram foeca stetisse summa  
Lege sub hac, salis aut micam, jecur & suis litarent  
Christicola, aut medie sponte irruerent in ima fossa.  
Prosiluere alacres cursu rapido simul trecenti  
Gurgite pulvereo meritos liquor aridus voravit.  
Vid. Prudent. ἀθεοφανῶν hymn. XIII. in passione Cypriani  
Martyris.*

§. X. Alios in vivam calcem injectos sensimque con-  
sumtos & resolutos, intactos inviolatosque animos Deo  
reddi-

23. 30

reddidisse constat. Multis bestiis feris tum tauris quoque  
& vaccis ferocienibus objecerunt; qua ratione autem  
cædem concitata ac emissæ in Christianos ruerint, agit  
optime *Iustus Lipsius* in erudito de Amphiteatro libro.  
Multos ad stipitem dimidii asseris revinxerunt, ut sarmen-  
torum ambitu exutentur, vel in equuleo eos suspendi  
jubentes & cum ferreis pectinibus carnes eorundem car-  
minari, tantam fidelium stragem ediderunt, ut rivi pin-  
guedinis humana per arenam amphiteatri sulcum fece-  
rint; referente *Tacito*. Vid. Author Vitæ Blæsi Martyris  
apud *Jureum* in Nott. ad Paulini L.V. Ad istorum autem  
supplicia atque horrores cruciatus gravissimus Ecclesiaz  
Doctor *Tertullian*. (quem non nisi MAGISTRI nomine  
ornabat *Cyprianus*; DA MAGISTRUM; Paulo Concor-  
dienzi Notario suo *Tertullianum* promere jubens, obser-  
vante *Sixto Senensi* in Biblioth. Sanct. L. 4. p. 381.) digitum  
intendit Apologet. c. L. Sarmentarios, inquit, & Semoas  
appellatis, quia ad stipitem dimidiæ axiæ revincti sarmen-  
torum ambitu exurimur.

§. XI. His & innumeris aliis cruciatibus perfec-  
rendis multi eorum non sufficisse deprehensi sunt; sed  
ad arati a gentilibus abstracti thura diis eorundem obtu-  
lerunt, quod & Episcopos quosdam fecisse *Optatus* queri-  
tur *Milevitanus* I. 2. quos *tburificatos* vel *sacrificatos* voca-  
tabant. Alii pariter tormentorum metuentes amplitu-  
dinem πέρος εργ, maluerunt esse, quam fidem ad ultima  
usque sartam tectamque conservare: qui accedentes Ma-  
gistratum Gentilium magna vi pecuniaz soluta libellos sibi  
acquisiverunt, quibus copiam non sacrificandi idolis istis  
consequebantur. Atque istos nominabant *Libellaticos*,  
qui dæm quidem generum, alii qui Christum negarent ac

libello dato se non esse Christianos affirmarent, ut hac ratione  
penas, que de Christianis sumebantur, quoquo modo effuge-  
rent. Secundi generis qui Christum faterentur, pecunia  
vero redimerent, ne diis sacrificare cogerentur quales libello  
a præsidibus accepto periculum effugiebant. conf. Suicer.  
Thesaur. Eccles. P. II. voc. λιβελλοὶ p. 240. Iстis tandem  
accedebant traditores, qui quod Scripturæ S. codices gen-  
tilibus igne exurendos tradidissent, ita dicebantur. De-  
cretum de exurendis libris sacris promulgatum mense  
Martio, anno XIX. Imperii Diocletiani, de quo Euseb. L.  
VIII. Hist. Ecclesiast. C. II. ubique inquit, mandata impera-  
toria affigebantur, scripturas igni absumentas præcipientia.  
Atque istos tentator objectis cruciatuum minis prosterne-  
bat; alios autem artibus malis aggrediebatur eosque ho-  
noris vel præmii vel alius rei sibi desiderata cupidos, quo-  
rumcunque fercebantur studio, adortus fuit.

§. XII. Atque horum quidem exemplorum pleni  
sunt omnes sapientum libri, pleni eorum vōces, plena de-  
nique eruditorum monumenta; ut illorum copiam proh!  
dolor paucis assequi liceat, quin imo nemini mortalium;  
Innumeros in Veteri Ecclesia prostravit ambitione, Arium  
Nestorium, Eutychium; alios pecunia amore, alios aliis  
telis, ut oppido insignis sit μεταναιγόν numerus. Idem  
hodiendum agit per Romanæ curiæ mancipia & alios ha-  
reticos, qui manu una lapidem, id est, jacturam salutis  
eternæ tegunt, altera panem; divitias, honorem gloriamque  
mundi ostentant; & variis omnino telis ad tuendas  
partes suas pertrahunt. Niendum quantum jactat ista  
opum magnitudine, ut non sine causa Thomas Stapletonus  
admiranda Ecclesiæ Romanae scriperit, nostra autem, ut  
solet

solet fidelibus piisque in orbe hoc misera quævis fors evenire, Ecclesiæ egestatem ac inopiam objiciat; quo fieri tandem afferit *Augustinus Gibbon de Burgo* in Lutherico-Calvinismo, Schismatico quidem, sed facile reconciliabili Disp. ult. quæst. ultim. §. XV. ut multiplicata principum sobole non possint non ad Ecclesiam Romanam redire, quod minime amplius sufficient sustentandis liberis; destituti autem omnibus mediis præsidium inveniant in Ecclesia-Catholica. Est sane, inquit, inter alia valde timendum, ne illustrissimæ Principum Protestantum Germania domus penitus sint peritura, si redditum ad Ecclesiam Catholicam diu procrastinent. Quia Deus speciali sua providentia singulis tot Proles concedere dignatur, ut si inter illos (prout leges Germania præscribunt) eorum Principatus (uti jam partim divisi sunt) continuo dividantur, necesse est paulatim eorum stemmata à debito & antiquo splendore degenerent. Cui malo non video, quo meliori modo occurrere possint, quam dimissio Lutherico-Calvinismo ad Ecclesiam Romano Catholicam redeundo, in qua ipsorum filiis ac nepotibus sufficienter erit provisum. Alii enim possunt esse Cardinales, Archi-Episcopi & Episcopi. Alii Præpositi, Decani, Scholastici & Canonici summarum ædium, seu Ecclesiarum Cathedralium. Alii denique in sacris ordinibus divino cultui mancipati, relicitis omnibus Deo voluntarie se offerre poterunt: & sic domus ac stemmata in natu majoribus cum debito splendore conservabuntur hastenus *de Burgo* Pugnant alii telis aliis, quæ carnis suggestit prudentia; mysteria fidei non ex fide, sed rationis nostræ captu dimetienda esse statuentes; ut ut Paulus eam subigendam ac fidei subjiciendam doceat; quibus telis non ipsi occurrentes tandem cedunt atque

D:

victas

26. 520

victas porrigunt manus. Prætermis s historiarum veterum  
libris recentiora monumenta delibabimus atque ex iis-  
dem illustriora quædam afferemus exempla, quibus de-  
stinamus.

### CAP. III.

#### §. I.

**Q**uod ab historia *Francisci Spiera* auspicamur; qui ut  
inter primos veritatis Evangelicæ immortalis divinæ  
clementia beneficio Lutheri nostri Theandri opera nobis  
caliginibus tenebriscolissimis sepultis redditæ confessores  
non ultimus extitit; sic quoque eandem primus fere o-  
mnium abnegavit. Delatus namque ad Archiepiscopum  
Beneventanum, *Johannem Casum*, Pontificium legatum,  
tum temporis degentem Venetiis, ab eodem minis atque  
increpationibus exceptus fuit mortisque metu & bonorum  
amplissimorum jactura teritus fidem quam receperat ex-  
cussit, publica se declaratione omnibus testatum esse præ-  
stiturum pollicitus, quod fidei Catholico-Romanæ sit te-  
nacissimus atque constantissimus assertor. Interea autem  
plus vice simplici conscientia stimulos sensit serio monen-  
tis, ut potius periculum capit is adiret, & fortuna bona  
postponenda duceret animæ tranquillitati ac felicitati æ-  
ternum duraturæ; vocem quoque coelitus lapsam in iti-  
nere audiit a proposito dehortantem, sed dictum factum,  
abreptus suis affectibus Christum respuit atque abne-  
gavit; quem divina statim insecura est vindicta; & ipse  
*Spiera* animam desperabundus ac indigabundus exspira-  
vit. Ad hanc deturbavit ipsum infelicitatem honoris bono-  
rumque amor; qui sparsum semen lucemque Evangelii,  
quæ per universam Germaniam penetrabat, Alpes ipsas  
fideres ferientes superabat, & totam plane Europam ulterio-  
resque

27. 30

resque plagas collastrabat, lubens admiserat; sed sua culpa  
mortale effectus eternas penas luct. Vid. *Lud. Rabii*  
*Part. III. de Martyribus.*

§. II. Non minores aut forsan graviores adhuc solvere  
necessum habebit *Fridericus Staphylus Westphalia oriun-*  
*dus, qui nullis minis sollicitatus ad Papos abiit A. 1554, &*  
*Ingolstadii professus summa animi perturbatione defun-*  
*ctus A. 1564. utut ipsum Patrem Lutherum & Philippum*  
*Melanchthonem docentes audiisset, Romanam Synagogam*  
*esse Anti-Christi; nihilominus rerum mundanarum cura*  
*ipso obtinuit. Quid de Justo Lipsio dicam, famoso illo ver-*  
*tuno, qui religione non secus ac numero usus est, tandem*  
*consilio in nos merum sanguinem spirante, uti Theophili Spi-*  
*zeli Ecclesiastice Augustani verba habent in Scrutinio A-*  
*theismi. Qui in Academia Jenensi aliquantulum Professo-*  
*rem agens, paulo post quasi vertigine abreptus ad Refor-*  
*matos & tandem ad Papos transiit. Amor pecunie pariter*  
*honorisque ipsum occupaverat; quapropter fidei ortho-*  
*doxæ amor arce adeo non eum tenebar, ut hoc non excusio*  
*alterum sequendum duceret. Hanc ejus stolitiam, qua*  
*senio ferme confessus facta ista *Mari Schemensis & Aspi-**  
**collensis* miracula consignavit & oraculorum divinorum*  
*fidem voluit mereri, oppido delatis ac depexit. *Gregorius**  
**Thomsonius* in scripto contra *Lipsi Diuam Aspicollensem &**  
**Matiias Bernegerus* Dissert. de idolo Hallensi.*

§. III. Atque isti associandum ducimus olim quoque  
nostrum Georgium Vicelium Pastorem Ecclesia Niemecke,  
non procul a Witteberga remota, qui isto autem munere  
abire est coactus, quod gravem de divinitate Christi erro-  
rem errasset. Discessit itaque Moguntia que Sacerdos fa-  
ctus Ao. 1563, obiit, alias ab Imperatoribus Ferdinando I.

& Maximiliano II. de modo componendorum religionis dissidorum consultys fuit sententiamque promere jussus, ceu *Georgius Calixtus* de coniugio Clericor. p. 440. obser-  
vavit. Neque vero ab istis longius absent *Jodocus Coccius* Bilefeldiensis, *Vitus Erbermannus*, *Iohannes Pistorius*, *Bar-  
toldus Nibusius*, *Iohannes Kircherius* Tubinga-Wurten-  
bergicus, omnes orthodoxa religione atque fide vera in-  
structi, sed explorationibus & temptationibus non resistentes  
~~ne~~ facti naufragium fidei fecerunt; illud quoque  
est vel maxime dolendum, *Helfricum Ulricum Hunnium*,  
magni Parentis *Egidii* filium & *Nicolaï Hunni* fratrem tan-  
tam horum gloriani commaculasse turpissima defectione  
& obtinenda rei mundanae caussa favorem Dei neglexisse.  
Et quis omnia ~~neglexisse~~ exempla recenseret; duos tan-  
tum adhuc liceat adduxisse, qui ad Papas transierunt.

§. IV. In his nomine *Lucam Holstenium* Hamburgi  
in notissima ac florentissima litteris pariter ac commerciis  
Urbe natum, qui magnam litterarum humaniorum soli-  
damque scientiam consecutus, ut Scholæ patriæ modera-  
men obtineret, à magistratu jussus est: quam quidem ali-  
quatuolum tenuit spartam; sed mox ea se superiorem ju-  
dicans illam reliquit variasq; regiones peragravit; tandem  
magnum istum heroa Grotium convenit, & adhuc dubius,  
Romanæ ne nomen daret Ecclesiæ, ab eodem fuit inductus,  
dicente, nullam esse in Doctrina Ecclesiam puriorem, in cultu  
& moribus corruptiorem, quod ipse Holstenius Romæ cui-  
dam docto narravit; postea eidem exprobavit *Andr. Riverus* in *M. A. Grot.* p. 57. edit. in 8vo. Postea hic ipse  
Romam venit & fixa salutis, uti sibi persuadebat, ibidem sede  
in maximorum adscitus amicitiam & ad summum hono-  
rum culmen erectus obiit. Monumentum, quod ipsius in  
hono-

29.

honorem & maximæ eruditio[n]is memoriam erectum fuit  
a Cardinale Francisco Barbarino, in gratiam B. Lectoris ex  
Lambecii T. VII. de Augusta Vindobonensi Bibliotheca hue  
apponimus.

D. O. M.

LVCAE HOLSTENIO, SAXONI HAMBVRGENSI  
QVI CLARVS IN GALLIIS ROMAE CLARIOR  
GENTIVM OMNIVM AETATVMq; HISTORIAS  
ET ECCLESIAE RES MENTE COMPLEXVS DIVER-  
SIS REGIONIBVS PERAGRATIS DIVERSOS EARVM  
FINES ET NOMINA PROBE TENIT VARIAS QVO-  
QE LINGVAS PRAETER GRAECAM LATINAMq;  
QVARVM SCRIPTORIBVS PLVRIMVM LVCIS AT-  
TULIT, ANTIQVAM PHILOSOPHIAM CALLVIT.  
AB URBANO VIII. CANONICATV BASILICAE  
VATICANAE AB INNOCENTIO X. PRAEFECTVRA  
BIBLIOTHECAE ORNATVS, AB ALEXANDRO VII.  
SAPIENTER VNVS ELECTVS, VT OCCVRRERET  
SVECORVM GOTHORVMq; REGINAE INCOMPA-  
RABILI QVÆ MIRAM IN TANTO VIRO SVMMI  
INGENII SUMMÆq; MODESTIÆ CONVNCTI-  
ONEM SVSPEXIT ET PRÆDICAVIT : VITÆ  
DENIQUE LAUDATISSIMÆ ET ILLVSTRIVM RE-  
RVM CVRSV. EXIMIVS PATRIÆ GERMANIÆ  
AMATOR, PROPVGNATORq; RELIGIONIS CA-  
THOLICÆ OBIIT ANNO ÆTATIS SVÆ LXV. IV.

NON. FEBR. A. M. DC. LXI.

FRANCISCVS BARB. CARDINAL. S. R. E VI-  
CECANCELL. HÆRES EX ASSE AMICO OPTIMO

P.

S.V.

§. V. Ceterum hic ipse, quem modo citavimus,  
*Petrus Lambecius*, qui eidem urbi ortum suum debuit Hol-  
 stenium propinqua necessitudine contingens περιστατέων  
 quoque exemplum sistit. Adhuc juventis aut verius puer  
 multoties per litteras Roma transmissas ab Holstenio ad  
 culturam ingenii & litterarum humaniorum est invitatus;  
 quarum iactis fundamentis in Batavorum suasit abire  
 scholas, ne in Academiis Germanicis commissariis  
 vacare disceret, eique indefessum adjunxit monitorem.  
*Bartoldum Nibusium* quibus procurantibus securus est co-  
 gnati sui exemplum & ejurata religione orthodoxa lautio-  
 res inter peregrinos conditiones exspectando patriæ nun-  
 cium remisit.

§. VI. Iste ergo, qui ab orthodoxa defecerunt reli-  
 gione ad Papismum, paucos addimus, qui ad Socinismum  
 sunt proslapsi περιστατέων. In quibus numeramus, *Chris-  
 tophorum Ostorodum* Goslariensem Saxonem, *Johannem Völ-  
 kelium* Grimensem Misnicum, *Valentinum Schmalzium*  
*Gothā*- Thuringum, *Martinum Ruarum*, *Krempa*- Holsa-  
 tum, *Johannem Crellum* Holmetzhemio - Francum, *Joa-  
 chimum Stegmannum* Marchicum, *Valentinum Baumgart-  
 ten* Memela - Borussum, a Magno nostro, ó νῦ ἐπίσημοι  
 Calovio ad viam reductum, sed ad vocatum instar canis  
 redeuntem, aliosque qui tentationibus succubuerunt atque  
 recesserunt. Alios omittimus, qui Reformati & reliquis  
 hæreticis se addixerunt, cum id temporis & chartæ pariter  
 angustia prohibeat. Qui autem puritati nostræ fidei  
 nihil detrahunt abitu facto; & idem nobis obvenire cre-  
 dimus, quod apostolis, qui paucissimi  
 Judam quoque amiserunt  
 περιστατέων.

753962




56.

R

VDR





26 27

**ΠΡΟΣΚΑΙΡΟΥΣ**  
Sive ad  
**Tempuscredentes,**  
*ex Luc. VIII, 13.*  
PRÆSIDE  
VIRO  
*Magnifico, Amplissimo ac Summe-Reverendo*  
**JO. FRIDERICO MAYERO,**  
S. Theol. D. & Prof. Ord. Facultatis  
Theol. Pro-Decano, Alumnorum Electo-  
rialium Ephoro & Templi OO. Sanctorum  
Præpos Substituto,  
*Solenni Eruditorum Examini*  
*D. XXII. April. A. O. R. M DC LXXXVI.*  
subjicit  
**BALTHASAR SCHROEDER,**  
Anclam. Pomeranus.  
*In Auditorio Majori.*

---

*WITTEBERGÆ,*  
Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.  
1701